

**Nicolai Lancicij E Societate Iesv Opvcvlorvm Spiritvalivm
Tomvs ...**

Łęczycki, Mikołaj

Antverpiae, 1650

De eadem benevolentia Superioru[m]. C. VI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78821](#)

ypbi, sed rerum pondere exaggerabat: tum ut pœna modum ipse fobi statueret, qui deliquerat, de qua tam pœna, si grauius videretur, multum detrahebat ignavie, ita siebat, vt integrâ benevolentia, nihil tam est impunitum.

Porro nec semper puniendi sunt, qui delinquent, dum sine pœna spes est emendationis. Et in hoc imitandi sunt boni Patres, qui sepe tetro, & minis culpas filiorum abulent, & ne scipant efficiunt. Hoc rei exemplum à Christo Domino datum esse, interprætatur S. Ambrosius, dum Christus Dominus non puniuit, sed tantum increpauit Discipulos suos, quia ignem super eas descendere cupiebant, qui ipsum non receperant. Per quod, inquit, Prælati ostendunt, non semper in eos, qui peccauerunt, vindictam esse extencandam: quia nonnunquam amplius prodi clementia Prælati ad patientiam, subditu verò lapso ad correctionem. Hinc, inquit Clemens Alexandrinus, quidam ex Græcorum Sapientibus dixi: Penititia est melior supplicio: non quidem semper, sed sepe, maxime cum bonis & non protervis.

Sic enim inßlissimus Deus sepe facit, & qui maiore odio prosequitur peccata hominum, quam nos subditorum, non semper cedit, inquit S. Chrysostomus, explicans illud Psalmi: Si non fueritis conuersi, gladium suum vibravit. Vibratum, ut splendorem conspicatus & territus ad pœnam non peruenias. Non cedit gladius, sed terret; ut ipsius terror ad penitentiam te susciet. arcum suum tendit, & parauit illum Terredit, non immisit sagittam, ut te forma terreat. Congruus Iudeus, ne contemnas arcum-intentus enim est ne mollescas.

Sexti, paternus quoque affectus est, precibus, lacrymis, expansione paternæ benevolentie, & offensione confidentie ac bonæ opinionis de subdito, quandoque curare infirmos filios, non semper obiurgationem, pœnas, minâve adhibere. Pulchre hoc commendat autem illud os S. Chrysostomi, ex abundantia cordis Diuinâ caritate pleni: Vis fratrem corrige, lacryma, ora Deum ex corde, apprehensum ad monte, consule, exhortare, demonstra caritatem erga peccatores, persuade ipsi, quid confusiles & curans, non perulgare volens, peccati ipsum commonefacies: comprehend pedes osculare, ne erubescas: Si modò vere mader velis. Hoc & medici faciunt, sepius difficiles agrotos habentes, deosculantes, rogantes, persuadunt salutarem sumere medicinam. Tali affectu plenus fuit laudatus in Vitis Patrum Isidorus Abbas, qui et Presbyter in Scithi: quia si quis habuisset Fratrem infirmum, aut pusillanimem, aut iniuriosum, & volerat eum expellere foras, ille dicebat: Adducite eum ad me, & apprehendens eum, patientia suâ curabat animum Fratris illius.

Huc spectat duodecimum Monitum Superioribus relictum à nostro P. Balthasar Aluarez: Moderata cum subditis circumspetio, bona est; sed nimis est noxia: contrahit enim illos, & cruciat: Lanicy Opus. Tom. 2.

contrà verò fiducia valde illas obligat, vt & ipsi confidenter agant. Ostendat, se bonam de illis habere opinionem, & suo tempore etiam dicat, se res eorum probare, & sic gubernabile eas suauiter.

Noui ego in Societate tali Superiores caritate paternâ præditos, & inter hos P. Claudium nostræ Societatis Præpositum Generalem, qui meo tempore laicum quendam Fratrem, gravissime tentatum & dimissionem à Societate acriter postulantem, cum obstinatum videret in deplorando proposito, ad eius prouolutus genua, tam efficaces preces adhibuit, vt repente fuerit ille mutatus in alterum, & in Societate (hac medendi paternâ ratione curatus) perseverauerit. Sanè si Christus Dominus, Rex cœli & terræ, ad præscitiad pœnas eternas Iudicæ pedes procidere, eosque ablueret non erubuit; cui erubescat vilis vermiculus (quicunque tandem sit ille Superior, cum Christi Domini Maiestate collatus) prouolui ad Fratris ægotantis pedes, & genua, cum ut lucretur Deo, & ab eius aberrantem semitis, ad rectam virtutis viam, & statum salutis vel perfectionis Rib. 1. reducat: Sed adhuc excellentior quam P. Claudio fuit S.P.N. Ignatij caritas in curando quodam Domestico, & Religioso quodam extero, vita pessima: Illum enim videns ob pudorem de peccato in seculari vitâ commisso, in suâ vocatione tentatorem ei peccata propria ante conversionem admissa narrando; huic cum ingentibus lacrymis in confessione eadem recensendo, ad vitam meliorem reduxit.

53.

CAPVT. SEXTVM.

De eadem benevolentia paternâ Superiorum erga Subditos.

Optimè, Patres etiam beneficiis filios inobedientes reducent ad officium, presertim prudentiores. Mentre habentes, inquit S. Chrysostomus, magis beneficia, quam pœna ad mandatorum obedientiam attrahunt. Benevolentia enim, ut ait M. Tullius, beneficia capitis maximè: secundo autem loco beneficia voluntate benevolentia mouetur, 1.2. Offic. etiam si res forte non suppetit. Hanc ob causam, et Gr. 1.2. ep. iam S. Gregorius Papa, muneribus placauit & 24. In offensum sibi Eusebium Abbatem decivit, vt dict. 10. obseruauit Baronius. Profuit hæc coelestis industria Superioribus pluribus, qui antequam Industr. ad amara discolis propinanda accederet phar- 1.14. n. 4. maca, p̄is eos munusculis ad sanam mentem Bern. reuocarunt. Quod etiam P. Claudius facien- 8.23. in Cant. dum suadet, autoritate S. Bernardi citatâ. Nā Th. Osi Thomas docet, etiam munusculis homines psc. 17. seculi poste ad Religiosæ vitæ Statum induci (quod ramen nulli circa ingressum in Societatem suaserim, saluo tanti Doctoris iudicio) quid ni liceat, immò expedit adhibere, si hac suauiore curandi ratione mens ægra, vitij præser-

54.

L 3 tim

tim periculis laborans, sananda speretur? Reliquit & huius paternae benevolentiae pulcherrimum exemplum S.P.N. Ignatius, qui, ut scribit P. Ludovicus Consalvius, cum Fratris nostro Petronio missa fuissent à matre quedam è sacro bellaria, eo aduocato, iussit, ea ut apud P. Ministrum (qui erat ipse P. Consalvius) conservaret, & postquam ingredenterur duo eius fratres natu minores, qui Societatem expetebant, ea illis pro eorum solatio per internalia daret, ut tanto magis lati parvuli Christi iugum ferrent. Præterea scribit Maffei, cundem Petronium (qui post multos deinde annos egregia pietate, & virtute Presbyter est mortuus;) constitutum fuisse à S. Ignatio duobus illis adolescentibus fratribus loco Parentis ac Praefidu. & passum non esse quicquam grauissimum de ipsis statu, nisi ex illius autoritate ac obedientia.

in Diario,

1.3.c.10.

S. 23. in
Cant.

55.

epist. 25.

L. 2. Offic.

2. Paral.

30. 2.

Num. 9.

Deut. 24.

1.

Matth. 19.

7.

8 p. Cofst.

c. 1. G.

Denique cum P. Consalvius petijisset à S.P. N. Ignatio, licet éte adolecentulos in Societatem receptos, ad studendum diligentius premiolis alliceret? Omnino? inquit S. Pater, id sibi placere, ut tanquam catelli Domini, etiam hac ratione excitare munusculis ad studia literarum maiorum conatus tractanda. Dabit operam sapiens, inquit S. Bernardus, maledicos capere beneficium, atque obsequijs, monitisq; salutaribus, & orationibus pro hi ad Deum. Non cessabis istiusmodi carbones ignis congerere super caput maledici. An non tibi captus ille videtur, qui suffusa ora rubore, quippe proprium erubescens iudicum, ipse sua confusio, & penititium testis est; siue quod oderit hominem amore dignissimum, siue quod dilexerit tantum verbo, & lingua eum, à quo se diligi opere & veritate vel serd est expertus?

Octauo, solet & hac in te paternus apparere affectus, si quandoque dissimulando cedant iuri suo, ut hanc ratione filios proteruos ad meliora flectant. Censura quidem, inquit S. Bernardus, nunquam remissa, intermissa tamen, plerumque plus proficit. Sicut non omne, quod libet, licet; sic non omne, quod licet, statim etiam expediat.

Est, inquit M. Tullius, non modi liberale, paululum non manquam de suo iure cedere, sed interduam etiam fructuose. Extant huius rei exempla illustria ab ipso Domino Deo nostro, in sacris literis relata, partim permisarum, partim laudaturum quarundam actionum, prioribus Divinis legibus, quodammodo, saltē specientiū, contrariarum: ut fuerunt sacrificia Deo obligata, non in locis ab ipso Deo nominatis, & celebratio Paschatis mense secundo sub Ezechia Rege instituta, nouas ob causas, prorsus diverfas ab ipsis, ob quas Deo docente, Moyses permisera, Paschatis celebrationem etiam ad mensem secundum quandoque differri. Talis erat & libellus repudij, & multa alia, quae accurati Sacrorum librorum interpres & lectors bene obseruarunt. Ideo S. P. Ignatius præscripti sunt perioribus, ut Subditorum arbitrio aliquid relinquant, cum probabile videbatur, quod eos id iuuabit;

aliquando etiam eis ex parte aliquid indulgendo, & 1.19. mot. compatiendo; cum videretur id posse magis conuenire. c. 12. Quod ante ipsum docuerat S. Gregorius Papa commendans, ne aliorum Reductores in discipline vi- gore, benignitatem mansuetudinis deferant. Nulla autem in re fecit magis benignitas Superioris emicat, at in condescensione quadam, dum non semper summo iure vtatur, & omnia ad amissim exigant violentē & inuitos ac recla- mantes semper diligat ad ea, qua præstari debent; non relicto respandrī, & lese afflictis subditis colligendi spatio, ac ad mentem lan- rem redendi. Quod vita S. P. N. Ignatii scimus in regimine suo: quod etiam in S. Bernardi gubernatione merito commendatur, & vita eius Scriptore. Tantus amator, erat mansue- 1.3.c.6. tudinis, & pacis, ut si forte improbus quisquam per- turbar durus extorisset à negante responsū, hanc facili- deinceps cum edem repulsa dimitteret inanis. Si- quidem velut naturaliter ut fatebatur, oderat grauamen cuiuslibet hominis sustinere, et admodum gravis, non sentire illud, impossibile erat. Adeo neminem pre- uit nullius hominis scandalum (hoc est afflictione, seu officiam) parvū penitit, et si veritatem Dei in- sistitamq; praeterit. Nam & quoties oportet et nos aliorum vel reprehendere actus, vel impetrare conatus, tam considerat siuebat, ut abundanter ipsi, quoque, quis laeti viderentur, haberent, unde sibi pro eo satisfa- cerent in cogitationibus suis. Sane vidimus ex ipsi quoque nonnullis, & de quibus id minus videbatur posse sperari, ampliori deuotio eius postmodum rel- obsequiū deservisse, vel etiam adhuc vestigia. Ideo quia ipse faciebat, alios quoque facere voluit. Quo: irca cum Abbas Cluniacensis recurrisset ad eum per literas, pro solatio & auxilio, re- censens persecutions, quas a suis subditis patie- batur, dum eos in Ordinem redigeret, vi- dens Sanctus Abbas id illum nimis rigide ve- lisse, non condescendendo fragilitati Imperfe- dorum, sic ei scribit: Confulsus ibi, Pater vene- epist. 83. rante, quatenus ad tempus propositi tui, tibi q; con- sentientium rigorem, sic temperes, ut infirmorum salutem non negligas. Inuitandi quippe sunt ad ardorem vi- tam, non cogendi, quibus virque semel in Ordine illo 1. Reg. 16. Cluniacensi præfesse consenserit. Sic Aaron secleratis tumultuantis populi contra voluntatem suam clamoribus cessit. Sic Samuel eidem populo in- ordinate Regem petenti, inuitus Saulem ininxit.

Hoc paterno affectu & spiritu plenus ipse 56. S. P. N. Ignatius, teste oculato P. Ribadeneyra, hac ratione quendam sanavit: Adolescentis, inquit, Rib. 1.5. quidam Germanus, nostræ Societas Novitius, tam graniter aliquando vexatus est, ut de mentis constan- tia deiceretur. Ad illum sanandum nihil non tenta- sum ab Ignatio est, sed nullo successu. Sic enim obfir- matum est et animo, ut omnibus coris lumen aures occluderet, omnibus machinis impenetrabilis resisteret. Sed mis- erum Adolescentem fraudulenter circumuentum ab re- teratore, humanis generis hoste, atque irretitum vi- dente

XII. DE CONDITIONIB. BONI SUPERIORIS.

domini conatus diaboli suo Ignatius conatus, pertinaciam
constantiam, calliditatem charitate vincendam existi-
mavit. Rogat Novitium, ut aliquot dies domi adhuc
maneat, et conditione, ut Societatis omnibus solitus le-
gibus suo arbitratu viuat, dormiat, vigiles, edat, bibat,
in otio denique atque in negotio, ad suam voluntatem
scindat, ita ut fieret, Ministro Domus praecepit. Accepte
conditionem Adolescentis, se sibi permisit, liberè caput vi-
vere, quia exolutus Regularum vinculis, quibus se dole-
bat constitutum. Sed hac remissione animi, hac Ignatij
benignitate, quasi respirauit, atque ita immutatus est,
ut illum sibi padret, pigeret, & plementia sue peni-
tentia agens, ab eius Patris amplexibus deinceps nol-
la discedere, cuius tantam in se experiebatur carita-
tem. Hec Ribadeleyra.

Hoc B. Laurentius Iustinianus obsernauit in
Christi Domini silentio, qui cum post monito
deponit. Discipulos sine fructu, innenisset iterum in hor-
to dormientes illas, vi prius redarguere noluit, tan-
quam ad suscipiendam correptionem inhabiles. Silentio
suo maximam ad subiectorum regimen eruditorem
dedit, indicauit quippe ex se, vt eo cantum tempore de-
linquentes arguanur, atque rituorū macula incre-
patiōnibus detergatur, quo is, cui dicitur, corrigibilis est:
aliquum vulnus super additum vulneri, & passione paſſo
cumulari, siq[ue] frequenter, ut grauior sit recidua
correptionis, quam dinnim perpetrati criminis. Quomo-
dum maxima est adhibenda in correptione prudentia.
Confideranda est peccati qualitas, peccantis conditio,
intentionis perveritas, correptionis tempus, & verbo-
rum mensura. Horum aliquo deficiente, redargutio ip-
sayis absque delicto, committitur. Non vetat hic
sanctus Paulus corrīpere protētuos & obstina-
tos, qui videntur incorrigibiles, sed monet, ne
tales, sine inducīs, perpetuō corrīpiantur, sine
villā intermissione, sine dissimulatione quarun-
dam rerum, & eo tempore, quo ob peccantis
malā dispositionem, correptio magis nocere,
quād prodest queat. Tempus est enī in ascendi, &
tempus loquendi, etiam in correptione delinquen-
tium locum habet; ne nimium exprimendo lac,
sanguinem exprimamus.

Ego vero singulare Dei beneficio hoc tribuo,
quod hunc olim Novitium, postea Sacerdotem, P. Valerianum Rendux, Romæ Ann. 1594.
primum agnouerim, cum coquus annis aliquot
postea in Collegio Romano vixerim. In quo
redactus ad cœcitatē vtriusque oculi, semper
hilari, semper affabilissimus, quoad vixit, Con-
fessor fuit Studiosorum externorum, tanto
zelo salutis eorum accessus, ut quamvis pro-
fus nihil cerneret, sine ullo humano ductore,
dimunetatis studio omnibus suis paſſibus &
gressibus, dum tempus instaret audiendarum in
templo Collegij Romani Confessionum, sine
vila tergueratione & morā, primum accedere
solitus fuit, quamvis per varios anfractus &
gradus, descendū & ascendū difficile, pergere
cogetur, suo baculo, & vicinorum murorum
contactu sed in primis Sancti Angeli occulto

humaniis oculis ductu, scelere ad apsu, & præcipiti
casu custodiens. Vir candidissimus, & innocentia
quamdam Paradisi præferens, carus omni-
bus, nulli molestus, semper laetus, omnia lau-
dans, nūl mala interpretatione, aut detractione
denigrans, cedens omnibus, in nullā re curio-
sus, uno verbo, de nullā re humanā sollicitus,
Deo, sibi, & adolescentum procuranda saluti
intentus, quam mira benignitate animi, & affa-
bilitate sermonis, accurate quarebat: ideoque
magnus fuit ad eius Confessionale Iuuenum
conclusus perp[et]uus. Quod ille, eti prætextu
excitatis, inuicimōe suo ingleſuſi ſitum loco,
petere potuſſet, in ultimā tamen & omnium
remotissimā empli parte, ad ipsam templi, pla-
teā publicā proximam portam, ſibi delegit. Ut
hinc apparet Ignatianum in tentatis iuandis
modum, non breui aliquā emendatione mo-
rum, ſed maximē diuīnā, Deo paternum
in gubernando affectum commendante, coro-
nari.

Hoc ſpiritu imbutas à S. Ignatio, B. Franciscus
Borgia, cuideam Societatem ingresso, fa- 1.4. vit.
mulum conceſſit, qui uestibus, calceisque cum
ſpoliaret, alteri, ut quotidie mutaret indumenta;
alteri, ut loco cellarē angusta; amplio domicilio
vteſſetur: quos tamen breui harum retum put-
dunt. Dicebatque eos, qui cateris præſent, non vna
omnes, qui parent, regulā metiri oportere; ſed bonos
milites imitari, qui pro fistula captu, machinam illam
bellicam, ſulphureo puluere implent, ne difiliat. Præ-
buerunt huius indulgentia exempla Sancti ve-
teres. De S. Anſelmo ſcribit F. Edinerus eius 1.1. vit.
convictor, faſſe ſub eius disciplina Osbernum cap. 12.
iuuenem Monachum, dum Anſelmuſ ante col- Sun. 21.
latum ſibi Archiepiscopatum Cantuariensem Apr.
Prioris Officio fungeretur in monaſterio. Vi-
dens enim Osbernum, ingenio sagacem, & artificiosis
ad diuersa opera pollentem manibus; ſed mores eius
peruersos, huc omnia decolorantes, & insuper odium
animo more canino contra Anſelnum exercentem,
odium eius, quantum ad ſe, non magni pendens Anſel-
mus, mores tamen illius conuenire sagacitati ingenij
eius magnopere cupiens, caput quadam ſancta calliditate
te puerum piis blandimentis delinire, puerilia facta
eius benignè tolerare, multa illi, que ſine Ordinis detri-
mento tolerari poterant, concedere, in quibus & etas
eius delectaretur, & effrenis animis in manu eridinem
curuaretur. Gaudet & puer in talibus, & ſenſim à ſu-
ſeritate, ipſius dimittitur animus. Incipit Anſelmuſ
diligere, eius monita ſuſcipere, mores ſuos componere.
Quod ille intuens, præ cateris eum familiariter ample-
ditur, nutrit, ſouet, & ut ſemper in melius proficiat,
omnibus modis hortatur, & instruit. De hinc paulatim
ei, que confeſſerat, puerilia ſubtrahit, eiusq[ue] ad bone-
ſiam morum maturitatem proueberet ſatagi. Non fra-
ſtratur pia ſollicitudo eius, proficiunt in Iuueni ac robō-
rantiſ ſuſa monita eius. Ergo ubi de ſimilitate boni
ſtudij adolescentis ſe poſſe conſidere animaduertit, mox
omnes paeriles actus in eo reſecat, & ſi quid repreben-

sionis eum admittere comperit, non modò verbis, sed & verberibus acriter in eo vindicat. Ille equanimiter cuncta susinet, confirmatur in proposito omnis religiosus, feruet in exercitio discenda omnis sancta actionis, suffert patienter aliorum contumelias, opprobria, detractiones, seruans erga omnes affectum sincera dilectionis. Cum autem paulò post Osbernus mortuus fuisse, S. Anselmus diuinitus cognovit, fuisse ante mortuorum omnium virtute peccata Osberno dimissa.

57. Nonò, non potrema est paterne benevolentia significatio, si Superior agnito subditis suis lapsum deplorantis, solerit illum, & ad spem erigat, & pudorem miseri penitentis eo benignitatis affectu excipiat, quo Christus Dominus, omnium Superiorum Idæa, exceptit Magdalenam in domo Simonis leprosi plorantem, & adulteram à Pharisæis accusatam & in adulterio deprehensam. Hanc caritatem Christi Domini, sui Magistri imitati Apostoli tale monitum dederunt Sacerdotibus, ut scribit S. Clemens Papa & Martyr Apostolorum discipulus: Oportet vos hortari eos, qui in peccatum inciderunt, & ad paenitentiam invitare, & bonam spem inuicere, ac non existimare vos delictorum communione habitueros ob caritatem, qua erga illos ostenditur. Libenter vero penitentes admittite, gaudentes illorum causa, cum misericordia & humanitate iudicantes eos, qui deliquerunt. Nam si aliquem in ripa fluminis ambularem, & labi incipientem, baculo impuleris, & in flumen deiceris, cui potius manum eras porrecturus, certè occidisti fratrem, cum labenti dexteram prebere debebas, ne penitus intereat, ut populus adnoneatur. & ne, qui peccauit, omnino pereat. S. Chrysostomus id sic commendat: Hic optimus est medicina modus, ut non modò secentur vlera, verum etiam obligentur, hac præclara doctrine lex est, ut non modò reprehendantur Discipuli, verum etiam cohortationibus & consolacionibus adiuquentur. Ita quoque Paulus fieri iubet: Argue, increpa, exhortare. Quod si semper exhortetur quispiam, negligenter reddit auditores: si tantum increpet, asperiores efficit. Cum enim astudiarum onus reprehensionum ferre non possint, confessim abscedunt. Quocirca varius quidam adhibendus est dendì modus. Hoc imitatus, suo exemplo docuit Abbas Silvius, Apud quem cum quidam frater frequenter talem sermonem requireret, dicens: Quid faciam, Pater, quoniam cecidi? Respondit: Surge. At ille respondit: Exurrexi: & iterum se cecidisse confessus est. Ait Senex, & iterum surge. Cum autem frequenter se surrexisse, & frequenter cecidisse se narraret, eodem sermone Senex vtebatur, exclamans: Non cesses exurge-re fili. Cui Frater ait: Vsq[ue]quid possum surgere, Pater expla[n]a. Tunc Senex ait: quousque aut in bono opere, aut in malo reprehensus, occumbas. In quo enim homo opere reprehensus fuerit, in eo iudicabitur.

58. Præbet huius rei exemplum Divina Maiestas omnibus Superioribus Vicarijs suis: Tanta est enim, inquit S. Chrysostomus, excitans ad parænci ad Theodo[r]um, Dei humanitas, & erga nos amor: nunquam auersatur

L. 3. Vit. PP.apud Rosv. P. 516.n.103. Abbas Silvius, Apud quem cum quidam frater frequenter talem sermonem requireret, dicens: Quid faciam, Pater, quoniam cecidi? Respondit: Surge. At ille respondit: Exurrexi: & iterum se cecidisse confessus est. Ait Senex, & iterum surge. Cum autem frequenter se surrexisse, & frequenter cecidisse se narraret, eodem sermone Senex vtebatur, exclamans: Non cesses exurge-re fili. Cui Frater ait: Vsq[ue]quid possum surgere, Pater expla[n]a. Tunc Senex ait: quousque aut in bono opere, aut in malo reprehensus, occumbas. In quo enim homo opere reprehensus fuerit, in eo iudicabitur.

ep. 5. seu parænci ad Theodo[r]um, Dei humanitas, & erga nos amor: nunquam auersatur

penitentiam sincerè factam, si quis ad malitia fines olim penetravit, illinc eum ad virtutis viam reducere conatur, & suscipit redemptum, & suauiter amplectitur, nihilq[ue] non facit quid in pristinam dignitatem regeneret. Quodq[ue] est maioru facilitatis argumentum, etiam si non preseferat omnem paenitentiam, breuem illam, & exiguo tempore factam non abnuit, sed magna penitentia mercede: idq[ue] manifestum est ex iis, que de populo Iudeorum alscibi dicit Isaías: Propter pec-1. l. 57. cata paulisper contristauit eum, & percussit eum, & faciem meam auerti ab eo: & ipse contristatus sum, & ambulauit moestus & sanquo eum solatus sum eum. Idq[ue] probat etiam exemplum Achab, qui cum sacerdoti vesti. 3. Reg. auenta sua, & operuisset cilicio carnem suam, ieuanaf-setq[ue] & dorminisset in facco, & ambulasset demissi capite, dixit Dominus ad Eliam: Nonne vidisti humiliatum Achab, coram me? Quia igitur humiliatus est mei causâ, non inducam malum in diebus eius. Post hanc Manasse cunctos insania anteuenit, ac tyrannide, legalem euertit cultum, templum clausit, idolorum errorem Deo aduersum inuexit, viuens, qui ante se vires ant, impietate prestat. Is postea quâd aliquando respuit, relatus est in numerum amicorum, bonum cursum consummauit. Non enim ad tempora rationes, sed iuxta affectum anima sole dividunt penitentia. Niuita non multis diebus precati, ut peccatum eorum deleret Deus: tempus exiguum potius viuens eorum abolerere iniquitatem. Et latro haud longo tempore ingressum Paradisi impetravit. Quaque horâ se quis deiciens, vel vnum dixerit verbum, in eo momento totius vita peccata simul absterget, atque ante Apostolos Officij grati premium suscepit.

Quocirca si Deus in propriejs iniurijs grauis simis, summo per nocentibus, etiam tori Regno, & populo, tantâ benignitate recepit sceleratos illos penitentes, quantu[m] magis Superiores, dum vident subditos minoribus peccatis coinquinatos, sed verè penitentes, eo debent affectu suscipere, quo Pater Filium prodigum suscepit, illis à Christo Domino ad imitationem propositum, quin potius illo affectu, quo Deus penitentes & humiliatos recepit, & ipsos recepit olim Superioris, dum in saeculari statu forte magis Deum (quam nunc illorum subdit eos offendant) offendirent.

Specimen boni Superioris dedit David, de quo S. Ambrosius l.2. Offic. c.7. sic scribit: Quid S. David, electus es omnibus ad plebem regendam quâd mitis & quâd blandus, humili spiritu, sedulus corde facili affatu? Ante regnum se pro omnibus offebat. Res cum omnibus aquabat suam militiam, & patiebatur laborem, fortis in prælio, mansuetus in imperio, patiens in conuicio, serice magis promptus, quâd reserce iniquitias. Ita sibi gratis officiis plebem obligaverat. Primum ut in discordiis populi exalare in Hebron mallet, quâd in Hierusalem regnare. Deinde ut ejus in hoste positam virtutem diligenter iustitiam etiam his qui arma contra se tulerant, & quæ ac suis prestantes putaret. Denique fortissimum aduersa parti propugnatorem Abner Duce[m] & inferentem prælia missus

¶ & orantem paci gratiam non afferamus honoratum consuuo. Non respondebat connicis; cum sibi derogaretur orabat. Merito sic expertus est ab vniuerso populo, vt venirent ad eum omnes tribus Israe, dicentes: Ecce nos ossa tua, & caro tua sumus.

Confirmantur omnia supradicta aureis monitius Concilij Tridentini, è tam multis viris fundis, & doctis, & expertis, pro reformatione Ecclesie congregatis, sic Superiores Ecclesiasticos alloquuntis: Illud primùm eos admonendos censet, vt se Pafiores, non percussores esse meminerint, aqua ita praefessi subditis oportere, vt non eis dominuntur, sed illos, tanquam filios & fratres (natu militares) diligant: elaborentq., vt hortando, & moniendo ab illicitis deterreant, ne vbi deliquerint, debitu eos pavio coercere cogantur. Quos tamen si quid per humanam fragilitatem peccare contigerit, illa Apostoli est ab ijs feruanda preceptio; vt illos arguant, obseruent, increpant, in omni honestate, & patientia, cum sepe plus erga corrigendos agat benevolentia, quam auferat; plus exhortatio, quam communitatio plus charitas, quam potestas. Sin autem ob delicti gravitatem, pugna opus fuerit, tum, cum mansuetudine rigor; cum misericordia iudicium; cum lenitate severitas adhibenda est. Ut sine asperitate disciplina salutario populus, ac necessaria conseruetur: & qui correcti fuerint, emendentur, aut si respicere noluerint, ceteri salubri in eos animaduertionis exemplo, à vitis deterrentur.

CAPVT SEPTIMVM.

De codem paterno affectu Superiorum erga subditos.

Décimè, conciliat vel maximè benevolentiam, & opinionem de paterno Superioris erga subditum affectu, si post admonitum, vel etiam si opus fuit, punitum, ita se gerat, ac si oblitus esset præteriorum eius defectuum, nullo proflus prodens indicio, eorum in se memoriam residere. Quid ij non faciunt, qui bis puniendo id ipsum, exprobant postea subditos lapsus præteritos, sive coram ipso, sive coram alijs eos commemorando, & vix sanato vulneri nouum infigendo vulnus. Impedit talis agendi modus sinceritatem in aperiendâ conscientiâ necessitatem. Merito enim timere imperfectus subditus potest, se si nouos manifestet defectus, nouam suppeditaturum materiam, maioris exprobationis & confusionis sui, & quasi noua contra se flagella Superiori oblaturum. Imitandus ergo est hac quoque iu te Dei mos, qui de leitorum per penitentiam peccatorum, se non recordatur amplius, per Prophetam promisit, & projectum in profundum maris omnia peccata nostra.

Qua de te sic differit S. Chrysostomus: Cum in vehementem Dei charitatem reuerterimus, non meminimus priorum. Non est sicut homo Deus, nec enim exprobat præterita, neque dicit; quare tantum temporis

dilectus sit: Si penitentiam agamus, sed cum accesserimus, diligite, & cum ipsius timore carnis nostras confixerimus. Quid Manasse deterius è Deum tamen propitium habere potuit. Quid Mattheo deterius & constitutus est Apostolus. Quid Paulo miserius: sed constitutus est Evangelij præco. Quot tales alias via videre mutationes? & quandam gelas, & quotidie nunc occurrentes: Propterea dico, neque scimus desperet. Ad illum dictum est: Numquid qui cadit non resurget? Itaque nec Superior desperet de illo, & præteriorum lapsuum, Deum imitatus, non recordetur amplius, nec se meminisse ostendat, & vt dicitur, ne tanquam per traditionem quandam perpetuam, eorum memoriam ad posteriora tempora transfundat. Itaque hac quoque ratione si exhibendo Patrem, experietur in subditis sinceritatem filiale. Reliquit nostris Superioribus huius paternæ benignitatis exempla S.P.

*N. Ignatius, de quo testis oculatus Ribadencyra hæ scribit: Se ab errore reuocantes aque comple-
tæbatur, ac suscipiebat, ac si nihil deliquerint, vt pre-
fensi benevolentia illorum minueret verecundiam, &
omnem errati memoriam sempiternâ obliuionis dele-
ret: nec vulneribus modò, sed cicatricibus etiam me-
deretur. Hoc didicerat à S.P. N. Ignatio P. Ene-
tardus Mercurianus IV. Societatis nostra Præ-
positus Generalis, quem ab antiquis & pruden-
tissimis Patribus Romæ audiri, tantum Socie-
tati, in eâ gubernandâ, profuisse, quantum pro-
fuerat ipse B.P.N. Ignatius, solâ Societatis Fun-
datione exceprâ. Hic ergo inter alia præclara
monita Superioribus in epistolâ ad eos datâ
hoc quoque reliquit n.4. Caveat vi ne subditis ot-
casione prebeat suspicandi, quod de ijs male sentiat,
aut diffidat, &c. Neque omnium modò, sed imperse-
ctorum etiam quorunlibet offendet se spem bonam
concipere futura emendationis, nec se præteriorum esse
memorem.*

*Vndeclimè, conciliat hoc quoque opinionem paterni affectus & benevolentiam in subditis, si sint persuasi de Superiori, quod aliorum necessitatis vel utilia monita æquo animo ferat, & magis, si ea ipse quoque experat, & querat. Nemo quippe est, inquit S. Gregorius, disertens de
Prælati, qui ita viuat, vt aliquatenus non delinquat.
Ille ergo se ipso amplius veritatem desiderat amari, qui
sibi à nullo vult contra veritatem parci. Hinc etenim
Petrus increpatum Pauli libenter accepit: Hinc Da-
nid increpatum subditus humiliter audiuit: quia Re-
stores boni, dum se priuato diligere amore nesciunt, li-
bera puritatis verbum, à subditis obsequium humilita-
tis credunt.*

*Hinc inter monita quæ P. Balthasar Aluarez Vit. c. 23;
scripta reliquit pro bona gubernatione Superi-
riorum, & quæ ipse exequebatur, octauum fuit:
Ut boni consulat quicquid à quounque ipsi dicetur,
vultu ipso & verbu gratum animum offendendo: nam
vel hoc solo, qui sunt exulcerati, conquiescent, & ipse
poterit in multis iauari, & hoc ipsum sufficiat vi ab
omnibus iuuetur.*

Duodeci-